Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Tu es qui uenturus es an aliũ expectamus Et
respondens iesus ait illis Euntes renuntiate iohan-
que audistis et uidistis Ceci uident: claudi
ambulant: leprosi mundantur: surdi audiunt
mortui resurgunt: pauperes euangelizantur:
et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me
Illis autem abeuntibus: cepit iesus dicere ad tur-
bas de iohanne Quid existis in deserto uidere
Harundinem uento agitatam Sed quid ex-
istis uidere Hominem mollibus uestitum Ecce
qui mollibus uestiuntur in domibus regum sunt
Sed quid existis uidere Prophetam Etiam Dico
uobis: et plusquam prophetam Hic est enim de quo
scriptum est Ecce ego mitto angelum meum ante
faciem tuam qui preparabit uiam tuam ante te Of-
Benedixisti domine terram tuam auertisti captiuitatem iacob remi-
sisti iniquitatem plebis tue Secreta Quoniam uere tibi
est domine hostia iugiter immolatur: que et sacrifica-
gat iusta tuta ministerij et salutare tuum nobis
incessabiliter operatur Post Communio Ecce
iam pusillanimis con-
fortamini et nolite timere ecce deus uester ueniet et saluabit nos
Implorantes domine clementiam tuam ut hec Coprs
diuina subsidia a uitijs expiatos ad celsta uen-
tura nos preparent Per Ffia iiij quatuor tpum Sta-
tio ad sanctam Hilariam Introitus
Rorate celi desuper et nubes pluant iustum aperatur terra et ger-
minet saluatorem Ps Celi enarrant gloriam dei et opera manuum
eius annuntiat firmamentum In iejunio decimi mensis
feria quarta Flectamus genua Collecta:
Ecclesiam tuam quesumus domine ut redemptionis nostre
uentura solemnitas et presentis nobis